

flammationes. Contra sanguinis reiectiones, alui profluvia mensiumque impetus vtiliter in vino bibuntur.

*De Melimeli seu mustis.*

C A P . C L X I .

Melimela ventrem molient, & ab eo animalia expellunt, stomacho negotium exhibent, astuosaque sunt. A nonnullis porrò, quasi dulcia mala, glycymela nuncupantur.

*De Epiroticis malis.*

C A P . C L X I I .

Epirotica mala, quæ Latinè orbiculata dicuntur, stomacho vtilia sunt: sed aluum fistunt, vrinásque euocant: malis tamen cōtioneis inefficaciora sunt.

*De Sylvestribus malis.*

C A P . C L X I I I .

Sylvestria mala vernis similia sunt, & astringunt. Ad ea porrò quæ astrictione opus habent, iis omnibus vtendum, quæ minùs matura fuerint.

*De Persicis malis.*

C A P . C L X I V .

Persica mala stomacho vtilia sunt, & aluū quoque bonam præstant, si matura fuerint. Immatura verò, candem cohibent, sed siccatā vehementius. Sumptum eorundem ficorum decoctum, in stomachum ventrēque decumbentes fluxiones sitit.

De

*De Armeniacis.* CAP. CLXV.

Minorā quæ Armeniaca, Latinè præco-  
qua dicuntur, stomacho quàm antedicta v-  
tiliora sunt.

*De Medicis.* CAP. CLXVI.

Medica Persicavé aut Cedromela, quæ  
Latinè Citria dicuntur, etiam vulgo cogniti-  
ta sunt. Est enim arbor omnibus anni tem-  
poribus fructifera, aliis atque aliis malis vi-  
cissitudine perpetua subnascentibus. Ma-  
lum verò ipsum oblongum est, rugosum,  
aureo colore, cum grauitate odoratum: ac  
pyri semen habet. Id in vino bibitum vene-  
nis resistit, aluum iubducit, decocto aut suc-  
co colluto suavitatem oris facit: estur verò  
maximè à mulieribus contra malaciam. Ar-  
cis quoque vestiariis impositum, vestes ab  
erosionis vitio vindicare creditur.

*De Pyro.* CAP. CLXVII.

**P**YRORVM multa sunt genera: quæ qui-  
dem omnia astringunt, proindeque con-  
uenienter adduntur in repellentia catapla-  
smata. Siccatorum decoctum, & ipsa quoq;  
cruda si sumantur, aluum sistunt: cæterū  
iciunos esitata lœdunt.

*De Pyro sylvestris.*

## CAP. CLXVIII.

Achras Pyri sylvestris genus est, quod

tardè maturescit. Vim habet magis quām pyrum astricotoriam: quò fit ut ad eadem conueniat: astringunt & ipsius folia. Vtriusque pyrorum generis ligni cinis iis efficaciter proficit, quos fungi strangulant. Sunt & qui dicant, innoxios reddi fungos, si cum iis sylvestria pyra coquantur.

*De Mespiliis.* CAP. CLXIX.

**M**EPILVS arbor, quæ à nonnullis A-ronia vocatur, spinosa est, foliis oxy-acanthæ: fructum fert exiguo malo similem, suauem, qui quidem tria continet intus ossicula: à quibus ipsum quoque nonnulli tricoccon, quasi triplici grano præditum, appellant: tardè maturescit: esitatum astringit, stomachum adiuuat, aluūmque cohibet.

*De altera Mespilo.* CAP. CLXX.

Mespili genus alterum in Italia nascitur, quod epimelida nonnulli, setanium alijs nominant. Arbor est malo similis, nisi quod foliis est minoribus. Fruetum hoc quoque genus profert rotundum, esculentum, umbilico latiore, leuiter astringentem, quique tardè maturescit.

*De Loto.* CAP. CLXXI.

**L**OTVS arbor, stirps est bene magna: fructum verò fert pipere maiorem, dulcē, edulem, stomacho aptum, quique aluum fistit.